





1734.

1. Besenbach, Hieron. Magnus: De infirmitate

ejus et potestate.

Gerlach, Fructus Ignatius:

2. Reichardt, Tobias Jee: De successione feudali

3^o et 4^o Heiland, Franciscus Georgius Andreas: De successione

secundum formam in principibus Saxonae. 2. Exempl.

4^o et 5^o Helmershausen, Georg Franciscus Fridericus: De sub-

jectione territoriali personarum imprimis illustrium

2 Exempl. 1734 et 1737.

5^o et 6^o Helm, Rudolph. Christoph: De jure cognoscendi

in feudis regaliibus imperatori soli reservatis

2 Exempl. 1734 et 1737.

6. Hoepner, Franciscus Fridericus: De nunciis judicialibus.

7^a Frickius, Hermannus Paulus: De foeminae sexus

sterilitate.

7^b
8^a Rauffus, Samuel Henricus: De poena delictis
(conscientiarum) vel eorum deum conscientiarum habentium
fimus.

9. Reinkarth, Tobias Jacob, Facult. juridicae decanus
et Dissertationem inang. (Joannis Abrahami Frenkelii) invitatus.

10. Reinkarth, Tobias Jacob, Facult. juridicae decanus:
et Dissertationem inang. (Georgii Fridrici Hempelii)
invitatus.

11. Reinkarth, Tobias Jacob, Facult. juridicae decanus:
et . . . Dissertationem inang. (Gottlieb Knack's Lucii)
invitatus.

12^a
12^b Reinkarth, Tobias Jacob, Facult. juridicae decanus:
et . . . Dissertationem inang. (Samuelis Henrici Rauffus)
invitatus.

13. Reinhardt, Tobias Tac. } Facult. juris Bial
Decanus: ad . . . Dissertationem inang. (Jo. Fide-
licii Haepneri) invitata.

14. Reinhardt, Tobias Tacob, Facult. juris Bial Decanus:
ad . . . Dissertationem inang. (Augusti Leislerii)
invitata.

15. Reinhardt, Tobias Tacob, Facult. juris Bial Decanus:
ad Dissertationem inang. (Caroli ^{et} Gustavi Regneri)
invitata.

16. Reinhardt, Tobias Tacob, Facult. juris Bial Decanus:
ad . . . Dissertationem inang. (Georgii Thomae
Fridenrii Helmershausenii) invitata.

17. Reinhardt, Tobias Tacob, Facult. juris Bial
Decanus ad . . . Dissertationem inang. (Christiani
Fridenrii Loerdii invitata.)

18. Reinkhardt, Tobias Tac.: De ergastulis eorumque
jure. 20.
19. Reinkhardt, Tobias Tac.: De judiciis criminalibus quatuor
virtutibus in ordinatione Carolinae Art. 1. (Comma- 24.
tatis. 28.
20. Reinkhardt, Tobias Tac.: De accessionibus juris in
Archidionatu Lusatiae superioris 26.
21. Reinkhardt, Tobias Tac.: Vico, quod circa amissionem
jura et privilegiorum personarum usum iustitiam 29.
est. 28.
- 21^a. Henne, Rudolph Christoph: De jure cognoscendi
in fendis regalibus imperatori soli reservatis 28.
22. Reinkhardt, Tobias Tac.: De jura ditione
civitatum municipalium Saxoniarum.

23. Reinhardt, Tobias Tac.: De successione clerici
in gerendam.

24. Reinhardt, Tobias Tac.: De pacto hereditario
renunciatio heredes et successores non obligat.

25. Reinhardt, Tobias Tac.: De sponsione Ven. Wettin.

26. Reinhardt, Tobias Tac.: De causis ob quas
iudex potestatem mitigandi poenas seorsum
exercet.

27. Reinhardt, Tobias Tac.: De iudice juris dictorem
valam Lariam extra territorium propeperam exsistente.

28. Reuterich, Carol. Frider.: De successione secun-
dam jus naturae, nec non de con. atque discor-
dientia juris Romani cum successione tenenti-
que, quam habentia, potestatem collateralis conser-
vati.

29. Reuber, Conradus Wilhelmus: De res contumace
causae victore.
30. Rottmann, Dr. Mich.: De beneficiis ex cessionis,
hypothecarum praesentibus competentibus.
31. Rottmann, Dr. Mich.: De fideicommissis, et
quatenus res eodem affectae alienari possint.
32. Rottmann, Dr. Mich.: De fundi appignoratione
non nisi ex consensu Domini directi valida.
33. Stricker, Conradus Wilhelmus, Fac. juridicae Ploano:
l. b. s. (et disputatio in univ. Dr. Conradus Propertus
invitat).
34. Stricker, Conradus Wilhelmus, Fac. juridicae Ploano:
l. b. s. (et disputatio in univ. Ploano Dr. Propertus
Wischgii invitatus).

35. Streeker, *Compendio* vol. II: De iis, qui a nexu
cambiorum, vel juris cambialis rigore sunt
exempti.

36. Streeker, *Compendio* vol. II: Dissertatio ineq. j. m. Nea,
cuiuslibet difficultem per quaestiones iur. forenses
ad veritatem perveniri videntur

[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely a list or account, covering most of the page.]



1734, 2 2 38.
508

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,

DE
SUCCESSIONE
FEVDALI,

QVAM
SVB PRÆSIDIO
ALTISSIMI
IN PERANTIQVA VNIVERSITATE ERFORDIENSI,
EX DECRETO ET AVTORITATE
MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS,
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO
AC
FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO,
DN. TOBIA JAC. REINHARTH,
JCTO, SACRI PALATH CÆSAREI COMITE, IVRID. FACVLT. ASSESS. AC PRO-
FESSORE COD. PVBL. ORDIN. CIVITATIS SYNDICO
AC CONSVLE,
PRO LICENTIA DOCTORALI
IN VTROQVE IURE RITE OBTINENDA,
IN AVDITORIO JCTORVM MAIORI
HORIS CONSVETIS,
ERVDITORVM VENTILATIONI SVBMITTIT
JOSEPHVS IGNATIVS GERLACH,
FVLDENSI.

DIE VII. SEPTEMBRIS M DCC XXXIV.

ERFORDIÆ, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.

DISSERTATIO IN AUCTORITATE IURIDICA

DE

SUCCESSIONE
TESTAMENTARIA

AVAM

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO

AVAM RESIDIO



REVERENDISSIMO
AC
CELSISSIMO
S. R. I. PRINCIPI
ADOLPHO,
IMMEDIATÆ ECCLESIAE FULDENSIS
ABBATI,
DIVÆ AVGVSTÆ
ARCHICANCELLARIO,
PER GERMANIAM ET GALLIAM
PRIMATI
&c. &c.

DOMINO DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

REVERENDISSIME AC CELSISSIME
PRINCEPS,
DOMINE DOMINE CLEMEN-
MENTISSIME!



*P*tere REVERENDISSIME AC CELSISSIME
PRINCEPS, *ut exiguas hasce thesum mea-
rum pagellas Illustrissimo Nomini TVO quem
admodum fructus meos philosophicos beni-
gnissimis* CELSITVDINIS TVÆ *Radiis maturandos sub-
ficere clementissime licuit, iterum iterumque inscribam, lu-
natoque poplite consecrem & offeram: nescit enim Themis
mea Mæcenatem alium & Evergetam majorem quam TE
PRÆSVLVM PRINCIPEM PATRIÆ PATREM CLE-
MENTISSIMVM; TIBI proinde eas in humillimam Con-
stantis fidelitatis ac debitæ gratitudinis pro plurimis tam*
in

in se quam paternam domum suam principali TVO CANDORE ET AMORE cumulatis gratiis recognitionem & transferam vult esse sacras, maximâ freta fiducia hocce munus etsi chartaceum tantisque acceptis beneficiis & favoribus multum inferius eo gratiosiori tamen beatum iri obtutu quo magis sibi & omnibus sunt notissima tam TVA CELSISSIME PRINCEPS benignissima oblatis & devotissime offerentium voluntatis ponderatio quam singularis TUUS, quo in litteras earumque Cultores fereris CANDOR & AMOR: Qui solus Themidem meam ut ut umbraticam & ad Splendorem Solii TUI, accedere verentem ad hoc movere imo & attrahere debuisset ut humillima thesuum suarum dedicatione TIBI NEO UNIVERSITATIS FVLDENSIS FUNDATORI GLORIOSISSIMO tanquam vero Musarum Apollini tributum exsolveret qui per insigne hoc Munificentie TUE opus omnium scientiarum Classes in perpetuum TIBI reddidisti vectigales

Accipe ergo REVERENDISSIME & CELSISSIME PRINCEPS eadem ut soles Frontis serenitate Vasallæ academicæ ad sacratissimum Pedum TUUM provoluta exiguum hocce laborum suorum de successione beneficii specimen, eamque sub Illustrissimi Gentilitii Scuti Alarum TUARUM Praesidio tanquam heredem paternam suscipere & fovere clementissime dignare

Pro

*Pro quo mihi concessō Principali Beneficio prapotens
Numen supplex exorabo ut REVERENDISSIMÆ CELSI-
TVDINIS TVÆ Regimen omni Felicitatis & Benedictio-
nis genere reddat fortunatissimum; conservet sanctissi-
mam PERSONAM TUAM per plurima subsequētia an-
norum lustra salvam & incolumem, largiaturque subdi-
tis adhuc quam diutissime reveri TE PATREM PATRIÆ
SUUM CANDORE & AMORE PISSIMUM Musis &
Academie Fuldensibus TE suum adorare Apollinem &
FUNDATOREM MUNIFICENTISSIMUM, mihi vero
cum humillima mentis contestatione in meam totiusque
paterne domus fortunam TE meum suspicere & venera-
ri PRINCIPEM CLEMENTISSIMUM: ita vovet*

REVERENDISSIMÆ CELSITVDINIS
TVÆ

*Clientis & subditus infimus & de-
votissimus*

JOSEPHVS IGNATIVS GERLACH.



O. A. M. D. G.
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
SVCCESIONE FEVDALI.
PROLEGOMENA.
*De Origine, Progressu & Definitione
Successionis Feudalis.*

§. I.

CVM cujusque rei potissima Pars Principium sit
secundum Ictum Cajum *l. facturus. i. ff. de orig.
jur.* hinc rectè me facturum arbitror, si ab Ori-
gine successionis feudalis exordiar.

§. II.

Originem autem successionis feudalis, quod atti-
net, successio ista non fuit semper sui similis, sed paucis
coepta Initiis, ratio succedendi temporis progressu sæ-
pius est immutata; enim verò ab Initio Feudum tem-
porarium fuisse & mutatâ Domini voluntate Precarii
instar revocari potuisse satis constat ex Gerhardo nigro
Cap.

Cap. quia. §. & quia. 1. de bis qui feud. dare poss. 1. f. 1. in verbis: antiquissimo tempore sic erat in Dominorum potestate connexum, ut quando vellent possent auferre rem in feudum à se datam, postea annale esse cœpit §. eod. ut adhuc hodie feudum Guardix & Guasthaldix, quod transacto Anno à Dno quancumque ipsi libet auferri potest per Cap. item. de feudo Guardix & Guasthald. 1. f. 2. & cap. similiter. de pig. dar. feud. 1. f. 11. nisi ad certum tempus datum fuerit d. c. item. uti in Ecclesia fuldensi talia feuda regulariter ad dies Vitæ Vasalli concessa fuisse probat SCHANNAT. in client. Fuldensi prob. 516. & 552.

§. III.

Postquam autem Feuda annalia fuere, deinceps eo est ventum, ut usque ad vitam Fidelis, instar nudi & simplicis Ususfructus §. finitur. 3. Inst. de usufr. producerentur, postque vasalli mortem consolidatione ad Dominum reverterentur, cum itaque hoc jure feuda per successionem ad filios nondum pertinerent, tandem eo est progressum, ut ad filios devenirent, & quidem ex pluribus Dominus eligebat unum, in quem scilicet hoc Beneficium confirmare vellet, quod deinde ad omnes filios æqualiter productum est d. c. quia. §. & quia. 1. f. 1. nullâ facultate testandi Vasallo relicta c. sequitur. de success. feud. 1. f. 8. ita ut quamvis filii in Testamento sint inæqualiter instituti, tamen succedant æqualiter, ut annotat Bald. ad dict. c. 1. f. 1. §. & quia vidimus.

§. IV.

Hac itaque ratione feuda ad posteros primi acquirantis, modo hi essent filii ultimorum Possessorum, cœperunt transmitti, ast cum ita Filiorum ante Patrem præ-

præmortuorum Nepotes remanerent exclusi, per Imperatorem Conradum hujus Nominis 2dum Cognomento salicus dictus circa Annum millesimum vigesimum septimum, nisi Annales nos fallant, ad Preces Statuum & Vafallorum Imperii cum Romam proficisceretur constitutum est, ut Nepotes quoque Defuncti (qui in Imperatoris Constitutione *aviatici* appellantur, cujusque Constitutionis Partem exhibet SCHILTERVS *cap. 1. §. 6. ad tit. 50. lib. 2. Consuet. feud.*) & iis desideratis, Fratres Beneficium, quod à Patre Initium habuit, consequi possint *d. c. quia. §. cum vero. 2. 1. f. 1.*

§. V.

Atque ita porro ad Agnatos Successio feudalis ad instar juris Civilis fuit admissa exclusis regulariter Fæminis, & earum Descendentibus seu Cognatis *d. c. quia. §. hoc autem. 3.* ratio autem cur à Successione in Feudis removeantur Fœminæ, cum tamen in Allodiis simul ut Masculi admittantur, habetur in Textu; quia videlicet neque Faidam levare, neque Pugnam facere possunt, quæ à vulgaribus Editionibus quidem absunt, anti-quum tamen Codicem Cujacianum ea habere testatur SCHILTER. *cit. loc. §. 8.* ubi explicat levare Faidam nil aliud significare, quam Inimicitias & Bellum denunciare, cujus Intuitu primordio Feuda data fuisse apud Feudistas in confesso est.

§. VI.

Neque tamen adhuc recepta fuerat post CONRADII Constitutionem tota Agnatorum successio, sed restricta duntaxat, quæ ad venientes ex Latere ultra Fratrum Filios seu Patruelles non progrediebatur *d. c. quia*

B

§. hoc

§. hoc quoque 4. Sed postea jus Romanum eatenus in Successione collateralis est admissum, ut, ad quem usque gradum Cognati eo jure succedunt, ad septimum scilicet *l. octavi. 9. ff. unde cognati. §. hoc loco. 5. Inst. de success. cognat.* eousque Agnati in Successione feudali admitterentur *d. §. hoc quoque. 4.* quod Usus uti in Masculis Descendentibus ultimi Defuncti, ita etiam in Collateralibus novissimo jure produxit in infinitum *c. Vasalli. si Vasallus feud. privet. 2. f. 31.*

§. VII.

Præmissâ modo successorii juris feudalis Historiâ congruo servato Ordine priùs aliqua de Origine & Significatione Vocum, quæ Dissertationis Rubro continetur prælibare oporteret, cum talis Methodus ab omnibus, qui vel minimum quid hætenus publico exhibuerunt, sacerrimâ observata fuerit Religione, præcipuè cum Consideratione Vocum Intellectus ad rem ipsam melius cognoscendam præparetur, at quoniam nudæ Verborum Significationi tenaciter inhærendum non est, sed potius Mentis & Naturæ rei intentendum *l. labeo. ff. 7. de suppellectile legat. §. l. pater. 102. ff. de condit. §. demonstr.* insuperque Significationes Vocum hujus Dissertationis Rubro contentæ videri possint apud SCHILTER. §. 2. §. 3. ad tit. 50. lib. 2. consuet. feud. hinc sicco hæc Pede transeo, & secundum monitum CICERONIS *lib. 1. officiorum* ad Definitionem progredior.

§. VIII.

Describitur autem Successio feudalis, quod sit jus succedendi in Bona feudalia à jure feudali habilibus immediate delatum. Dixi imprimis jus, quæ vox hic generis loco

loco ponitur, & in variis juris Textibus Successioni tribuitur *l. bonorum. 208. ff. de verb. signif. l. bona 3. §. bonorum. 2. ff. de bono possess. dixi 2do eam tantum de jure feudali habilibus deferri, quo ipso ad Servitia Feudis connexa præstanda inhabiles penitus excluduntur, de quo in Capite proxime sequenti agam, & ultimo dicitur immediatè à jure feudali delatum, quo indigatur unicum tantum admitti in Feudis regulariter Successionem, legitimam scilicet nulla ex Testamento valente, in quo Successio feudalis quam maximè discrepat à Successione in Allodiis, de quo in Capite secundo.*

CAPUT I.

De subjecto successionis feudalis in genere.

§. I.

Successionis feudalis Definitionem excipit ejus Subjectum, quandoquidem supra data Definitione dixerim eam tantum de jure feudali habilibus deferri, rectè me submissurum puto, antequam ad specialiora progrediar, prius agere de his Personis, *quæ in genere succedere possunt.*

§. II.

Possunt autem in Feudis succedere in genere omnes quicunque nec Naturâ impediuntur nec Lege speciali aut Conventione prohibentur, & primò quidem ut Natura incapaces excluduntur Foeminae, quæ regulariter ad Feudi, Successionem non admittuntur *per c. quid. §. 3. de his qui feud. dare. 1. f. 7. c. sequitur. §. filia vero. de succession. feud.*

feud. 1. f. 8. c. si quis. 1. f. 24. c. per success. de success. fratrum.
 2. f. 11. & passim in jure feudali, quod etfi contrarium sit
 communibus juris Civilis Regulis, quo non minus suc-
 cedit Foemina quam Masculus per *l. maximum vitium. 4.*
C. de liber. præterit. Est tamen juris feudalis Axioma
 certissimum, idque de Natura Feudi, secundum Mozz.
de natur. feud. n. 97. Rationem hujus Regulæ supra
 jam attuli, eaque confirmatur ex primævâ Feudorum
 Naturâ, quâ loco Stipendii militaris, aut etiam palatini
 Feuda pro Servitiis, vel curialibus, vel militaribus con-
 cedebantur, quorum neutrius Fœminas capaces esse ex-
 peditum est: tum imò, quod Arma ferre non sciunt,
 tum quod 2do Honestati convenire non videatur, ut Mu-
 lieres Virorum Cætui se immisceant *l. 1. §. secundo loco.*
§. ff. de postul. cap. 2. X. de judic. in 6to, tum quod denique
 3tio nec Consilio propter Imbecillitatem Dominum ju-
 vare, neque Consilia ejus propter innatam earum Gar-
 rullitatem tacere facile possint *BALD. in l. quoties. 12. n.*
7. vers. dic quod mulier. C. de suis & legit. Vulz. de feud. lib. 1.
cap. 4. n. 3. Nec obstat quod Mulieres nonnullæ & stre-
 nuæ in Bello, & prudentes in Consiliis dandis extiterint,
 contra verò Viri quidam & ad Belli Labores inepti, & in
 Consiliis lubrici & mutabilis Voti reperti fuerint, nam
 Resp. hæc rarò contingere certum est, & ideo Condito-
 res juris ad hos Casus insolitos non respexisse, jura enim
 non de iis, quæ rarò, sed quæ frequenter & plerumque
 accidunt, constitui solent *l. 3. §. duabus sequent. ff. de ll.*
MATTHEVS de essli&. in cap. 1. §. & quia vidimus. n. 7. de
bis qui feud. dare poss. ZAS. de feud. p. 8. n. 36. Nec dicas
 cessante Ratione, Legis cessat ipsa Lex seu Dispositio,
 nam

nam respondeo, id tum demum procedere, si Ratio legis sit una, non autem, si unius Decisionis plures sunt Causæ, cum unâ cessante reliquæ adhuc possunt obstare, & sic non statim ipsa quoque cessabit Dispositio LVDWEL. in *Synopsi juris feud.* pag. 186.

§. III.

Verum hic magis ardua occurrit Quæstio de Maribus ex Fœmina natis, an & illi à Successione feudali excludantur? quæ Quæstio acerrimè unquam agitata fuit inter Regem Franciæ Philippum Valesium & Eduardum tertium Regem Angliæ cum ambo de Coronâ contenderent tribus Philippi Pulchri Filiis Ludovico Philippo & Carolo sine Prole mortuis; Eduardus quippe Galliæ Regnum sibi tanquam Regis ultimi Sororis Filio debere asseruit argumentatus, ut maximè Matrem Regno prohibeat sequior Sexus, sibi tamen quippe Mari id Fraudis esse non posse, sed Philippus Valesius, quamvis uno Propinquitatis Gradu remotior, Regnum tamen tanquam Agnatus ab Ordinibus Galliæ communi Lutetiæ Parisiorum Consilio habito obtinuit vid. PUFFENDORFF. in *introduc.* ad *hist. Europ. cap. 4. §. 11.* quæ Sententia etiam confirmatur expressis juris Textibus per §. hoc autem. 3. de *his qui feud. dare poss. l. f. 1. c. per successionem. de success. frat. 2. f. 11.* Et quamvis in Masculis ex Filia natis supradictæ Rationes cessare videantur, cur à Successione in Feudis excludantur, supersunt tamen aliæ ut 1mo quod Successiones non debeant fieri per Saltum, sed servato juris Ordine. arg. §. placebat. 7. *Inst. de legit. agnat. success. l. octavi. 9. ff. unde cognati.* ideoque necesse sit ad hoc ut Gradus sequens admitti possit, Gradum præcedentem

tem esse Successionis capacem *arg. l. me minimus. 15. C. de legit. hered. l. Divo Marco 11. C. de quest. 2do quod Impedimentum obstans Defuncto ipsius etiam obstat Successoribus, cum Successor non melioris Conditionis esse debeat, quam is, cui succedit. l. in his. 175. ff. de R. F. l. quod ipsi. 143. eod. & vulgata sit juris Regula; quod nemo plus juris in alium transferre possit, quam ipse habeat l. nemo. 54. ff. eod. Vultej. de feudis. 1. cap. 9. n. 27. ubi adhuc plures recenset; quibus accedit 3tio, quod Feuda Familiarum Intuitu quæ Republicæ in Necessitatibus strenuam navare Operam possint, fuerint concessa, Filia autem nubendo Familiam egreditur FORST. de success. lib. 4. cap. 23. n. 48. STRYCK. exam. juris feud. cap. 15. quest. 4.*

§. IV.

Sed quæres, quid de Hermaphrodito sit sentiendum, an is in Feudo succedat? *Boerus de success. feud. c. 3. q. 43.* id indistinctè Negat: tum quia Imperfectus ita natus in Feudum non succedit *arg. c. mutus & surdus. 2. f. 36.* tum quia semper pro Parte Mulier est, adeoque servire Feudum maximè non potest consulendo, & secreta Domini reticendo, tum denique, quia nec Fœminæ Armis assuetæ in Feudum succedant: verum D. D. communiter distinguunt, ut siquidem magis incalescat in Sexum fœmineum æque ac Fœmina à Feudi successione removeatur; Si vero Sexus masculinus prævaleat, eaque sit ipsius Perfectio, ut ad præstanda Servitia sit habilis, omnino ad Successionem admitratur *arg. l. queritur. 10. ff. de statu homin. quæ Distinctio temerè rejicienda non est, cum nusquam jure feudali improbata, adeo-*

adedque jus civile tanquam in Casu non deciso attendendum sit *c. Obertus. inf. pr. 2. f. 1.* neque movent Rationes Boceri nam *ad Imam Rdeo d. c. mutus* non de quovis imperfecto loqui, sed eo tantum, qui propter Imperfectionem ad Servitia feudalia idoneus non est, talis autem non est Hermaphroditus, quia eo ipso dum in Masculum Sexum incalescit, à Fœminarum Natura recedere, & ad Masculos, quoad Vigorem Animi & Corporis, quam proximè accedere intelligitur, proindeque Feudum servire, & alia quæ in Juramento Fidelitatis requiruntur, præstare potest, 2da etiam Ratio ex his quæ dicta sunt, facile corrui; ad 3tiam verò Respondeo aliam Rationem esse Hermaphroditum, in quo Sexus masculus prævalet, aliam Fœminarum, quæ Armis & Bello assuetæ sunt, adeoque tanquam à separatis malam Illationem fieri *vulrej. d. c. 9. n. 61. SCHRAD. p. 7. c. 5. n. 18. ROSENTH. c. 7. concl. 28. n. 14. § 15. LVDWELL. rr. de success. feud. p. 159.*

S. V.

Cæterum quod jure regulariter prohibitum est, ut Fœmina vel Hermaphroditus in fœmineum Sexum incalescens, & nati ex iis in Feudo non succedant, id eodem jure plures limitationes recipere dicit SCHNEID. *p. 16. de success. feud. ab intest. num. 29.* quas ego cum *vulrej. d. c. 9. n. 39.* ad tria summa Capita revocari posse existimo, ut primò succedere valeant ex ipsâ Feudi Naturâ & Qualitate in Feudo fœmineo, quod Fœminæ primum per Investituram est concessum, 2do ex Conventione & Pacto primæ Investituræ adjecto, si scilicet expressè hoc actum, ut Feudum etiam ad Fœminas trans-

mit-

mittatur, quem utrumque Casum expressit Obertus de
orto c. per success. ibi. nisi ejus Conditionis. de success. frat.
2. f. 11. Et c. successionis. pr. 2. f. 50. de nat. success. feud.
posteriorem vero Gerhardus niger c. quia. §. hoc autem.
1. f. 1. c. sequitur. in f. 1. f. 8. Et c. de Marchia in fin. 1. f. 14.
& 3tio demùm ex Statuto & Consuetudine, si ita Sta-
tuto alicubi cautum, aut Consuetudine speciali contra
generalia Juris feudalis Placita, ut succedere possint, re-
ceptum sit DD. communiter teste Clar. lib. 4. sent. §.
feud. q. 73. n. f.

§. VI.

Atque hic non inconcinne quæri potest de Feudis
Ecclesiasticis, quæ à curvo Baculo unde dependent vul-
go appellari solent Krumstâbischeß Lehn, an non in illis
etiam citra speciale Pactum aut Consuetudinem Fœmi-
næ succedere possint, sunt multi, qui autumant Fœmi-
nas in his Feudis ex ipsâ horum Feudorum Naturâ suc-
cedere posse, tum ex eo, quoniam ejusmodi Ecclesiæ à
Deo & Pontifice defensæ, non indigeant Auxilio ma-
nuali, vel armato, imò Lacrymæ & jejunia sint Arma
Ecclesiæ, quæ magis congruunt Fœminis, quam Ma-
sculis GARTZ. tr. de fœmin. ad feud. recip. n. 126. tum etiam
quod pleraque Feuda Ecclesiastica oblata somnient, ut
loquitur SCHANNAT. cap. 3. client. fuld. §. 1. n. 2. ne ita-
que Heredes saltem Descendentes allodiales excludan-
tur à Successione propter Oblationem Ecclesiæ factam,
receptum fuisse, ut Successio esset hereditaria, unde et-
iam natum illud Procarticon: Der Krumstab schleußt
niemand aus: Verum cum neque Oblatio, neque ad-
missio Heredum non feudaliū præsumatur, cum utra-
que

que facti, SCHILT. *in introd. ad jus feud. cap. 9. §. 10.* ac nullo Textu nullâque firmâ Ratione hoc probari possit, & ipse Usus plurimis in Locis repugnet, rectius contrarium placet, ne in Feudo quidem ecclesiastico citra speciale Pactum aut Consuetudinem Fœminas admitti arg. c. quia. §. 3. junct. pr. 1. f. 1. ROSENTHAL. c. 7. concl. 31. n. 6. STRUV. cap. 3. aphoris. 4. Vultej. c. 9. n. 48.

§. VIII.

Licet autem in recensitis antea Casibus Fœminæ succedant, non aliter tamen admittuntur, quam nullis Masculis ex Primo acquirente amplius extantibus per c. item si. §. quin etiam. 1. f. 6. cap. sequitur. §. fin. 1. f. 8. c. qui sibi. vers. non etiam patet. 2. f. 17. c. si fœmina. de feud. femin. 2. f. 30. idque etiam si Feudum tali Pacto concessum, ut Masculi & Fœminæ in illud succedant, vel si dicatur (quod tamen cum priori æquipollet, ut apparet ex l. titia. 36. §. 2. ff. de legat. 1.) ut Masculi cum Fœminis illud habeant, quoniam generaliter verba secundum subjectam Materiam accipienda sunt, l. ex conducto. 15. §. 4. ff. locat. Fachin. 7. controu. 43. vocalæ enim istæ Et, cum, hic Ordinem tantum successivum indicant, & Verba non Sensum copulant. VULTEJ. cap. 9. n. 49. LUDWELL. pag. 273. quæ tamen hic dicta, iterum sublimitantur: primo per cap. Duo Fratres. de duobus fratr. invest. 2. f. 18. & deinde porro, si Consuetudine receptum sit, ut Fœminæ unâ cum Masculis succedant arg. c. Obertus. vers. quomodo enim. in quib. Caus. feud. amit. 2. f. 23. uti in Feudis Fuldensibus Fœmineis seu promiscuis, uti vocant, obtinet, ubi Fœminæ (non quidem in Lineâ descendenti, in hac enim post Masculos, sed tantummodo collateraliter) unâ cum Masculis

C

in

in eodem Gradu venientibus simul ad Successionem admittuntur VULTEJ. de feud. Cap. 9. n. 50. Circa Finem. Videantur Literæ Reverendissimi Abbatis Joachimi Dom. de Griesen ad probandam talem Consuetudinem Anno 1665. concessæ in Schaumat. Cod. prob. prob. 630. quid quod, si sint in Lineâ collateralis proximiores, remotiores Agnatos excludunt.

§. VII.

Ut ut autem Fœminæ suppositis Casibus, quibus etiam ad Successionem alias admittuntur, non succedant, quamdiu existit adhuc Masculus, si tamen sint semel ad illam admixtæ, per Masculum postea supervenientem non excluduntur, ex ratione, quod Feudum semel legitime acquisitum, sine earum facto auferri non debeat per l. id quod nostrum. 11. ff. de R. F. neque movent in Contrarium, quæ habet And. de Ifern in d. c. qui sibi. 2. f. 17. n. 1. ab hac Opinione, quam tamen communiorem fatetur, abiens, qui vult Materteram per Nepotem ex Sorore excludi, tum per d. c. 2. f. 17. tum quod Fœmina sive Matertera ista tantum sub Conditione hæc admixta sit, si Masculus natus non fuerit; verum respondeo. d. c. qui sibi. vers. non etiam non loqui de Fetido jam acquisito, sed demum acquirendo à Fœmina, quo Casu omnino verum est per Masculum excludi à Successione Fœminam, ad 2dum nego ullam hic Conditionem subesse, quoniam Fœmina ex Tenore primæ Investituræ simpliciter & purè in Feudum sibi delatum successit LVDWELL. pag. 281. VULTEJ. Cap. 9. n. 49. versus finem.

§. IX.

Jam Quæres è contrario, utrum Fœmina per Successio-

cessionem Masculi semel exclusâ semper & perpetuò
 maneat exclusâ? Circa quam Quæstionem magnus est
 Interpretum Conflictus, Ego cum VULTEJO, STRU-
 VIO, LVDWELL STRYCKIO & aliis negativæ adhi-
 pulor, Ratio est, quia existente Masculo Fœmina non
 tam excluditur, quam non admittitur, vel impeditur;
 seu excluditur quidem à Successione, sed non à jure suc-
 cedenti VULTEJ. c. 9. n. 53. sublato verò Masculo hoc
 Impedimentum expirat, idcirco Regulæ jure feudali
 simpliciter ac indistinctè traditæ postea standum est,
 quod deficientibus Masculis Fœminæ demùm succedant
 d. c. qui sibi. 2. f. 17. ergo præsentî casu Fœmina erit ad-
 mittenda, STRUV. cap. 9. aphoris. 8. n. 6. porro in dubio
 ea capienda est Interpretatio, ne diligens Primi acqui-
 rentis Provisio inanis reddatur, quæ procul Dubio hæc
 fuit, ut Feudum ad Heredes suos non Masculos tantum,
 sed iis deficientibus, etiam ad Fœminas perveniret arg.
 c. duo fratres. 2. f. 18. LVDWELL. pag. 285. Neque ob-
 stant, quæ pro contrariâ Sententiâ, itabiliendâ non in-
 firmæ Notæ Auctores afferunt, nam ad Textum 1. f. 6.
 §. quin etiam. verbis: *relictò Masculo ulterius Fœminæ non
 admittuntur.* Respondeo 1. quod ibi planè non proponatur
 hæc Quæstio, quid obtineat, si masculus absque Here-
 dibus moriatur; proindè ex hoc textu firma Probatio
 defumi non poterit, & verba: *relictò Masculo Fœminæ ul-
 terius non admittuntur,* ità sunt capienda, quod scilicet
 ultra seu præter Masculum non admittantur; neque
 quid evincit contra Solutionem datam *vers. fin. ex
 his omnibus,* quoniam ea Verba ad Casus habiles restrin-
 genda sunt, eos videlicet, quibus Feudum ex Ratione

Juris feudalis ad Dominum reverti potest, at nostro Casu, tam Provisio primi Acquirentis, quam Ratio juris Impedimento est, per ea quæ modò dicta sunt, unde hic *vers. fin.* non ad §. 1. sed ad §. 2. cui proximè subiungitur, erit referendus, ita ut Sensus sit, quod omnibus Casibus, quibus Mutus est successurus, Feudum ad Dominum revertatur STRUV. *d. l. n. 7.* aliæ Objectiones, quas movent ex supra dictis Rationibus de se cessant, & plene iis satisfecit VULTEJ. *d. l. n. 55.*

§. X.

Exclusis igitur regulariter à Successione feudali Fœminis ut Naturâ inhabilibus investigandum mihi porrò est, quinam Masculi Naturâ incapaces ad illam non admittantur; & hi sunt tales, vel ob Defectum Animi, vel ob Defectum Corporis, & primò quidem ob Defectum Animi, ut inhabiles veniunt, Mente capti & Furiosi, hi enim, licet nullo expresso juris Feudalis Textu à Successione in Feudo arceantur, proindeque, si ex Jure Communi hoc definiendum esset, non minus eos quam Mentis compotes ad illam debere admitti, certum est; ad eam tamen non admittantur, cum diversa sit Ratio Successionis in Bonis allodialibus, ab eâ, quæ est in feudalibus Onus enim Servitii Feudo annexum ità Successionem afficit, ut ad Feudum nemo admittendus esse videatur, quam qui Servitium illud, propter quod concessum est, præstare potest, VULTEJ. *c. g. n. 63.* quod cum mente Capti & Furiosi facere non possint, utique ad Successionem feudalem neutiquam sunt admittendi. *arg. c. mutus & furdus, 2. f. 36.* idque sive Vitium hoc naturale sit, sive
ex

ex accidente & Casu aliquo fortuito supervenerit, cum Ratio in *d. c. mutus*. allata utrique Casui applicari possit.

§. XI.

Sed Quæres quid de Prodigio sentiendum sit? & hunc à Successione feudali arceri debere videri posset ex eo, quod Furioso comparetur *l. 1. ff. de Curat. furios.* & *l. 12. ff. de tut. & Curat. dat.* verum in Feudis eum succedere posse verius est, siquidem Servitia cæteraque in Formulâ Fidelitatis contenta præstare possit; quamvis Administratio Bonorum feudalium, ut & allodialium Curatori committenda sit *VULTEJ. d. c. g. n. 63. in fin.*

§. XII.

Secundo ob Infirmiorem Corporis à Successione repelluntur Muti, Surdi, Cæci & alii Imperfecti *d. c. item si. §. fin. r. f. 6. & d. c. mutus. 2. f. 36.* & quidem iterum indistinctè, sive Casu, sive Naturâ tales sint. Nec inferas quod in *d. c. mutus*. expresse Mentio fiat ejus, qui talis natus est, nam resp. Positio unius, non est Exclusio alterius, maximè ubi eadem est Ratio, ut hic in nostro Casu: Cum æquè ad Servitia inhabilis sit is, qui Mutus, Surdus, vel alias imperfectus Casu, quam qui Naturâ talis est. *LVDWELL. p. 771.* Qui Imperfecti tamen omnes in Feudo succedere possunt, si Dominus Gratiâ per Substitutum serviendi fecerit, quod fecisse præsumitur, si sciens prudensque tali Imperfecto ab Initio Feudum contulerit, quod idem etiam ad Feudum foemineum porrigendum est, cum & in hoc Servitia per Substitutum præstari possint *LVDWELL.*

pag. 296. vel, si in prima Investitura hoc specialiter pactum sit, *arg. c. investitura. §. fin. 2. feud. 3.* vel denique ex Statuto, vel Consuetudine Loci alicujus ad id habilitati sint, *arg. c. Obertus, pr. 2. f. 1.*

§. XIII.

Vifis proinde iis, qui Naturâ in Feudo succedere impediuntur, inquirendum ulterius restat in illos, quinam Lege prohibeantur, & prohibentur primo Clerici tam Sæculares, quam Religiosi *c. si femin. in fin. de feudo femin. 2. f. 30. c. si de feudo. §. qui Clericus. 2. f. 26.* ex Ratione, quia qui Miles Christi factus, Miles Sæculi esse desinit, quæ habetur in *c. miles. in fin. 2. f. 21.* quæ Ratio eo magis in Religiosis obtinet, quo in perfectiori Statu sunt constituti, remotioresque à Negotiis Sæcularibus. Nec obstat *c. imperialem. §. firmiter. 2. f. 55.* ubi dicitur: quod, si Vasallus à Domino vocatus in Expeditionem militarem venire temerè superfederit, vel Substitutum pro se Domino acceptabilem mittere contempserit, aut dimidium Reditûs Feudi unius Anni eidem non subministraverit, Feudum amittat. Quia si ex hoc inferatur Vasallum per Substitutum servire posse, ac consequenter Clericum non aliter à Feudo removendum esse, quam si per Substitutum servire nolit, respondeo *d. c.* non generale esse, quasi semper esset in Arbitrio Vasalli utrum ipse, an per Substitutum, servire velit, sed ita demum locum habet, si Vasallus vel propter Ætatem, vel aliud legitimum Impedimentum temporaneum servire non possit, nam extra hos Casus ipse comparere tenetur, cum ejus Fides & Industria electa videatur

tor arg. c. in Epistola, 2. f. 6. Nec obstat 2do c. hec sunt. §. item si Clericus. de Capp. Conradi. 2. f. 40. nam hic Textus nil amplius probat, quam Clericos Feuda tenere posse; ex quo non sequitur, Clericos in Feudo Laicis concessio succedere posse, quoniam illo Casu Dominus Graciam fecisse videtur, ut per Substitutum acceptabilem fervire possit, quod hoc Casu præsumi non potest. LVDWELL. pag. 173. Ex quo proinde sequitur, quod si ab Initio Feudum Clerico concessum, aut speciali Pacto in Investiturâ ita provisum, aut Consuetudine alicubi introductum, ut succedant, qualem obtinere in Feudis Fuldensibus probat SCHANNAT. in Client. feud. cap. 3. §. 4. in fin. & eos ad Successionem in feudis admitti, nullatenus dubitatur; sicut & ex communiori Sententia secundum STRUV. cap. 9. aph. 9. Clerici indistincte succedere possunt, si simul sint Milites, veluti Equites Melitenses & Teutonici, quia in iis cessat Ratio Clericos excludens, hi enim Militiam non reliquerunt, sed magis eidem addicti sunt.

§. XIV.

Ulterius prohibentur Lege ut inhabiles succedere in Feudis Hæretici, cum quibus contrahendi, & quicquam Commerciû habendi omnis Potestas adempta est. l. 4. §. 1. C. de Hæret. & Manich. Apostatæ l. 4. C. de Apostatis, Deportati arg. l. 2. C. de Bonis Proscript. Rei & Filii Reorum Criminis læsæ Majestatis l. 5. §. 1. C. ad Leg. Julii. Majest. A. B. tit. 24. §. 10. & universim omnes quicumque honeste in Curia Domini stare, proindeque Servitia debita præstare non possunt c. si quis. an ille qui interf. 2. f. 37. BORCHOLT. de feud. l. 5. ad fin.

§. XV.

S. XV.

Ultimo demum Speciali Conventione à Successione feudali excluduntur Liberi nati ex Matrimonio ad Morgenicam, si enim Tempore ineundi Matrimonii Conjuges conveniant, ut Liberi inde nati certa Portione contenti ab intestato non succedant, tunc hoc Casu (quamvis Masculi & alias habiles sint) in Feudis, tamen non Succedunt *c. quidam. de fil. nat. ex matrim. ad morgen. 2. f. 29. STRYK. Exam. jur. feud. cap. 15. quest. 24.* unde autem Matrimonium hoc ad Morgenicam dicatur, *vide STRUV. c. 9. th. 5. n. 9.* Cognitis & recensitis modo iis Personis, quæ ut inhabiles vel Naturâ, vel Lege aut Conventione à Successione in Feudis arcentur, facile quisque intelliget, eas, quæ ad eam in Genere admittantur, ut loquitur Imperator *pr. Inst. lib. 1. tit. 8. de his, qui sui vel alien. jur. sunt.* hinc recto Ordine habito nunc videamus, quo Modo & qua Ratione Heredes in Feudis alias habiles ad Successionem veniant; hinc sit.

CAPUT II.

*De Modo & Ordine Succedendi
in Feudis.*

S. I.

Modus succedendi de Jure Communi duplex est ex Testamento scilicet & ab Intestato *s. habemus fin. Inst. per quas Personas cuique acquir.* Verum non idem de jure feudali, in Successione enim Feudi solum Jus feudale, quod Voluntatem Hominis
in

in sui Societatem non admittit, dominatur, atque adeo una tantum Successio ab intestato, quæ legitima dicitur, regulariter Locum habet, ita enim disertè jure feudali cautum est, ut nulla defuncti Vasalli Ordinatio maneat, vel valeat, uti loquitur GERHARDUS *cap. sequitur. in f. pr. de Success. Feud. 1. f. 3.* Ratio hujus Rei esse videtur, eoquod ex LL. XII. Tabularum tantum Dispositio de Re suâ valeat, inde, si Res Testatoris non sit propria uti Feudum, cujus directum Dominium Vasallo ademptum est, nec Testamentum de ea condici potest STRYCK. *exam. jur. feud. cap. 14. in pr.*

§. II.

Et hoc ita procedit, ut nequidem pro Animâ, nec in piam Causam Vasallis disponere, aut legare integrum sit. *c. est autem. §. donare. 1. qualit. olim pot. feud. alien. 2. f. 9. c. imperialem. pr. de probib. feud. alien. per Frid. 2. f. 55.* & quamvis Dominus Vasallo testandi Licentiam indefinite dederit; tamen ista Licentia non intelligitur ita, ut Ecclesiæ relinquere possit, quoniam sic nulla Spes esset Apertionis, cum Ecclesia nunquam moriatur. ROSENTHAL. *de feudis Cap. 2. concil. 2. n. 8.* Dominus autem non censetur sibi præjudicare voluisse.

§. III.

Ut ut autem testamentaria Dispositio de Feudo Jure Feudali prohibita sit, certis tamen Casibus Locum invenit, quibus Vasallus de Feudo liberè testari possit, ut *primò*, si per Consuetudinem Vasallo sine Consensu Domini, vel Agnatorum libera testandi Facultas fuerit concessa, Consuetudo enim talis consen-

D

tien-

tiente & patiente Domino sive Principe recepta, omnino valida est; Cúm rectissimé receptum sit, ut Leges non solum Suffragio Legislatoris, sed etiam tacito Consensu omnium abrogentur *l. de quibus. 32. ff. de LL. §. fin. Inst. de Jure N. G. & C.* Idem etiam est, si Statuto alicubi testamentaria Dispositio de Feudo Vasallo permisa sit. *arg. l. omnes populi. 9. ff. de Just. & jur. §. jus autem. F. de Jure N. G. & C. 2do Successioni testamentariæ Locus est, si id Pacto in prima Investitura cautum sit arg. c. si quis. de feud. non habent. prop. feud. nar. 2. f. 48. 3tio Successio ex Testamento admittitur in Feudo merè & absolutè hereditario, quod pro se & Heredibus quibuscunque, vel quibus dederit, (hæ enim Clafulæ in Concessione feudali positæ æquiparantur, uti prolixè tradit ROLAND. à Valle vol. 2. conf. 79. n. 20.) concessum est, nam cum hoc Casu licite quovis modo Feudum alienare Vasallus possit *d. c. si quis. 2. f. 48.* proinde & Testamento illud ad alium transferre valebit. *arg. tit. Inst. d. L. Fus. Can. toll. 4to* denique etiam valet Testamentum Vasalli de Feudo, si illud Domini & Agnatorum Consensu conditum fuerit *arg. c. quia supra. §. 1. Quibus mod. feud. amitt. 1. f. 5. & cap. alienatio. pr. de alien. feud. par. 2. f. 39.* sive expresso, sive tacito; quod enim nonnulli expressum hic Consensum requirant, id non immerito crebriori DD. Calculo reprobatur *arg. cap. si de feud. §. Titius. 2. f. 26.* tum quod alias quoque taciti & expressi eadem sit Vis & Potestas *l. cum quid. 3. ff. de rebus credit.**

§. IV.

Sed Quæres quid si Vasallus extra hos Casus recensitos de facto alicui Feudum in ultima Voluntate per Legatum vel Fideicommissum reliquerit, annon saltem ejus Æstimatio debeatur? Negant hoc multi DD. & communem esse ajit VULTEJ. c. 9. n. 72. ex his potissimum Reasonibus quod hæc Dispositio ipso jure nulla sit c. sequitur. de Success. Feud. 1. f. 3. proindeque nec Effectum ullum producere possit l. 5. C. de LL. tum quod Feudum extra commercium sit per c. imperialem. pr. nos autem. 2. f. 55. ejusmodi autem rerum legatarum, ne Æstimatio quidem debeatur l. cum Servus. 39. §. fin. ff. de Legat. 1. l. mortuo bove. 49. §. labeo. ff. de leg. 2. Verum Affirmantium Opinio mihi præplacet, & Veritatis theoreticæ magis convenire videtur probatur primo quando aliquid de Jure Feudali indecisum reperitur, ad Jus Commune est recurrendum per c. Oberius. in f. pr. 2. f. 1. sed de Legato Rei alienæ Jure Feudali nil est depositum, ergo hoc in Casu Juri Communi standum est, quo Legatum ejusmodi valere expeditum est, §. non solum. 4. Inst. de legat. l. cum alienam. 10. C. eod. 2do Feudo per Legatum relicto non tam de Re feudali, quam allodiali disponi videtur; Æstimatio enim, quæ principaliter relinquitur, est Res allodialis, deinde etiam cessat Ratio Alienationem feudalem impediens, videlicet Præjudicium Domini aut Agnatorum, quod ex Alienatione ipsis provenit, denique probatur per l. 114. §. si quid. 5. ff. de legat. 1. Neque obstant supra pro negante Opinione allata respond. enim ad 1. id procedere in Actu simpliciter & absolutè

nullo, at Dispositionem hanc, licet quoad ipsum Feudum inutilis sit, quoad Æstimationem tamen omnino validam esse. *arg. d. §. 4. Inst. de leg. ad 2. resp. nego suppositum Feudum Commercio exemptum esse, hæc enim non est Ratio, cur Feudum alienari nequeat, sed Præjudicium, quod Domino & Agnatis generaretur: quæ Ratio, cum in Legato Feudi, uti jam dixi, cesset, eatenus Legatum valere consequens est, ut Heres Bonorum allodialium necesse habeat, vel Feudum ipsum, si redimere id justo Pretio possit, *arg. l. non dubium. 14. §. ult. ff. de leg. 3. aut si redimere nequeat, ejus Æstimationem præstare §. 4. Inst. de legat.**

§. V.

A Modo succedendi in Feudis, nunc ad Ordinem progredior, Successionis verò ab intestato de Jure Civili sui sunt Ordines & Gradus; & imo quidem veniunt Descendentes *Novell. 118. in fin. pr. jus namque naturale, seu naturalis Ratio, quæ Lex quædam tacita est, addicit Liberis Parentum Hereditatem l. 7. in pr. ff. de bon. damnat. l. nam est. 15. ff. de inoffic. test. 2do turbato Mortalitatæ Ordine Ascendentes Descendentibus succedunt d. l. nam est. pr. & quidem cum Fratris defuncti & Sororibus d. Nov. 118. §. si igitur defunctus: Fratrumque prædefunctorum filiis Nov. 127. cap. 1. 3to deficientibus Descendentibus & Ascendentibus succedunt Collaterales Graduum Prærogativa servata d. Nov. 118. tot. tit. Inst. de legitima agnat. Success. 4to. Deficientibus horum Ordinum Personis succedunt Vir & Uxor l. unica. C. unde Vir & Uxor. 5to & ultimo deficientibus omnibus legitimis Heredibus succedit, sive*

five potius occupat Hereditatem Defuncti, Fiscus l. r.
 & l. vacantia. 4. C. de bon. Vacant. lib. 10.

§. VI.

Jure autem Feudorum duo tantum sunt succeden-
 di Ordines, Descendentium scilicet & Collateralium, de
 quibus deinceps. Et quidem Ascendentes regulariter
 non succedunt Descendentibus, idque ex Successionis
 Feudalis Naturâ, uti expressè traditur in *Cap. unic. pr. de
 natura success. Feud. 2. f. 50.* Ratio autem hujus Rei viva
 esse videtur, quia Feudum datur, ut is, qui accepit, il-
 lud nova Investitura habeat & ejus Descendentes,
 non Ascendentes, eousque enim Successionis feu-
 dalis Natura non fuit extensa *Cap. unic. in quib. caus.
 feud. amitt. 2. f. 23.* quod verò non sit ulterius producta
 forte propter Favorem Consolidationis factum. *arg. l.
 56. ff. de usufr.* quæ Consolidatio sive Reversus rei ad pri-
 stinam suam Naturam & Dominium directum rariùs
 Contingeret, quando scilicet utile Dominium Rei in ac-
 cipientis Ascendentes & ab his in alios eorum Descen-
 dentes, atque ita deinceps transfileret *STRUV. Cap. 9.
 aphor. 3. n. 1.* Dixi autem regulariter Ascendentes De-
 scendentibus non succedere, hoc enim tantum ad Na-
 turam Successionis feudalis pertinet, non ad Essentiam,
 quæ per se est immutabilis, cæteroquin Natura hæc
 per Pactum adjectum mutari potest, & Casus dari pos-
 sunt, ut etiam Pater Filio succedat in Feudo, si hoc vel
 expressè in Investitura Contineatur, *Cap. quoddam. 2. f.
 84.* vel Consuetudine aut Speciali Constitutione id in-
 troducendum alicubi fuerit ubi Feudum situm est: non
 solum autem Conventionem expressâ sed & tacitâ Succes-
 sionem

tionem Ascendentium Juris feudalis Interpretes admittunt, non obstante *d. Cap. quoddam*. Cum in illo textu de speciali Casu mentio fiat, eo videlicet, quo Pater Filium de Feudo ipsi Filio ob propria Merita promisso investire facit, quo Casu utique Pater nisi speciali Pacto sibi providerit, non succedet Filio sine Prole legitima Diem functo.

§. VII.

Conventionis verò tacitæ hæc ferè sunt Exempla ut primo, si Pater vel Avus superstes in Favorem Filii vel Nepotis sui Feudo renunciavit, tunc enim si post Feudum quæsitum, Filius vel Nepos sine Descendentibus Patre vel Avo adhuc superstite moriatur, Feudum ad Patrem vel Avum revertitur, hæc enim Refutatio tacitum videtur foverè Pactum, ut Filio sine feudali Successore mortuo Feudum ad Refutantem redeat *arg. c. quiddam. de Vasall. decrep. etat. 2. f. 14. Et c. tres erant. 2. f. 49. ut in Camerâ imperiali etiam judicatum esse refert MYNSING. cent. 3. Obs. 93.* Alter Casus est, quando Filius Intuitu Patris ob ejus Servitia & benè Merita de Feudo fuit investitus, tunc Filio sine Herede masculino descendente decedente Pater in Feudo succedit, cum hoc Casu ipsi quoque Patri Feudum concessum videatur, in eum Casum quo Filio supervicturus est *arg. L. dotem. 6. ff. de Collat. bon. Scrad. p. 2. c. 6. n. 4. Rosenth. cap. 7. concl. 14. n. 19. Matth. de Affict. n. 2. ad feud. 2. tit. 50. quamvis SCHILD. ad 2. feud. 50. Cap. 2. §. 3. moneat, ut ad majorem Cautionem Pater hunc Casum sibi in Filii Investitura exprimi curet.*

§. VIII.

S. VIII.

Extra hos Casus Ascendentes in Feudis adeò non admittuntur, ut nequidem Pater vivo Filio in Bonis feudilibus ab eo acquisitis Ususfructum habeat, tum primò, quod Feuda, quia Contemplatione Militiæ vel alterius Muneris palatini dantur, jure Peculii castrensis vel quasi censeantur; cujusmodi Peculium pleno Jure ad Filium familias, utpote in quo pro Patre familias habetur, pertinere expediti Juris est *per §. 1. Inst. per quas Pers. cuique acquir. §. fin. Inst. de Testam. Milit. l. 6. §. 3. vers. exceptis. C. de Bonis, quæ liberis.* Tum 2dò quoniam in omni Feudo hoc actum sit ut Proprietate penes Concedentem remanente Ususfructus ad ipsum Accipientem non Patrem ejus transeat *arg. c. Oberius. 2. f. 23.* quo Casu etiam Jure Civili Ususfructum ad Patrem non pertinere patet *ex auth. Excipitur. C. de Bonis quæ Liberis.* Tum 3tio quod circa Servitia Filii electa sit Industria consequenter ex Æquitate naturali etiam Fructus & Commodum Feudi ipse non Pater percipere debeat *per L. secundum. 10. ff. de R. J. quibus accedit, quod Filius in Effectu aliàs nihil habiturus esset quippe Proprietate penes Dominum remanente & Ususfructu ad Patrem translato; quod iterum Voluntati Domini & Feudi Naturæ Contrarium esse patet ex d. c. Oberius. 2. f. 23. & hanc communem esse testatur. Roll. à Valle C. 71. num. 65. §. 66. vol. 2. Vultej. de feud. Cap. 4. n. 8.* Nec evincunt quid duo illa Fundamenta, quibus potissimum moti Auctores aliqui ab hâc Divortium fecerunt, quorum prius est, quod de hâc Quæstione nihil reperitur jure feudali dispositum, ut ita ad Dispositionem Juris Communis

munis recurrere necesse sit secundum *c. Oberus, in fin. 2. f. 1.* alterum est, quod Fructus Feudi non sint feudales, sed allodiales *per. c. si contigerit. ibi. in fructibus. 2. f. 45.* Consequenter & jure Bonorum allodialium censerī debeant, quorum Ususfructus utique ad Patremfamilias pertinet. Nam Respondeo prioris Assumptionem fallere: uti ex Rationibus allegatis patet, neque itā accipiendum est. *d. c. Oberus.* quasi protinus ad jus Civile recurrendum sit, si in Jure feudali Quæstio expressis Verbis decisa non reperiatur, sed tum demum si Decisio nec expressa sit, nec legitimā Consequentia inde deduci possit; aliās Jus Feudale angustissimis terminis inclusum esset *VULTEJ. d. l. ad 2dum* dico non tam Fructus ipsos quam Jus percipiendū, & Rem ex quā percipiuntur attendi debere, adeoque Fructus licet allodiales sint Exemplo tamen Fructuum ex Peculio castrensi vel adventitio irregulari ad Filium non Patrem pertinere *LYDWELL. tract. feud. p. 306.*

§. IX.

Deindē ex eādē Ratione quā Ascendentes à Successione feudali excluduntur neque Conjugum ulla est ordinaria in Feudo Successio *c. si Fœmina. an Marius succed. Uxori. 1. f. 15. & c. Titius. de invest. quam Tit. accepit. 2. f. 13.* & utrobique glosf. nisi Pacto aliter cautum aut Consuetudine introductum sit *d. c. Oberus. in f. pr. 2. f. 1.*

X.

Ultimò nec Fisci ulla habetur Ratio, sed Beneficium Heredibus deficientibus ad Dominum revertitur, ipsique applicatur *arg. c. Marchia. §. fin. de Feud. march.*

mareb. 1. f. 14. c. siquis. de beneficio frat. 1. f. 20. Vultej. G. 9. n. 122. Et fin. Rosenbal. Cap. 7. concl. fin. n. 12. Et 13. Et passim DD.

CAPUT III.

De Successione Descendentium.

§. I.

EX modo dictis manet igitur verum duos tantum Ordines in Successione de Jure feudali esse receptos, Ordinem videlicet Descendentium & Collateralium, & prima quidem Causa Liberorum est, ut dicitur in *c. per Successionem. de Success. Frat. 2. f. 11.* modo sint Masculi & alias ad Serviendum non inhabiles, ut Supra Cap. 2^{do} jam demonstravi, cum autem horum alii sint Naturales & Legitimi, hoc est ex justis Nuptiis Procreati, vel Naturales tantum, vel Legitimi tantum, vel Legitimati, hinc de his singulis inquiremus.

§. II.

Liberi autem Naturales & legitimi simul sunt vel Sui vel Emancipati, & hi omnes sine ullo Suitatis vel Emancipationis Discrimine succedunt, cum expressè nullibi prohibeantur; imò Descendentes masculi generaliter & indistinctè ad Successionem Feudi vocentur *c. quia. §. Et seqq. 1. f. 1. c. sequitur. pr. de Success. feud. 1. f. 8. Et c. per Successionem. de Success. Frat. 2. f. 11.* cum ergo Lex non distinguat, nec nostrum erit distinguere *arg. L. de pretio. §. ff. de publici. in rem actio.* quibus accedit, quod jure Civili novissimo Emancipati cum Suis æqualiter in allodialibus admittantur *Nov. 118. c. 1. proinde.*

E

inde huic Dispositioni juris Civilis tanquam in Casu jure feudali indeciso merito hic standum est per d. c. *Obertus. in fin. pr. 2. f. 1. LVDWELL. tr. feud. pag. 130.* Nec obijcies per Emancipationem tollitur Agnatio, & manet tantum Cognatio §. *fin. Inst. de Legit. Agnat. Tut.* Cognatos autem ad Successionem in Feudo non admitti, expediti juris est ex d. *Cap. per Successionem. 2. f. 11.* ergo nec Emancipati, cum sint Cognati, in Feudis succedunt. Respondeo enim cum LVDWELL. c. *loco* quod jus feudale Agnationem latius capiat, & omnibus Masculis à primo acquirente Sanguinem trahentibus, quales & Emancipatos esse negari non potest, illud jus agnationis tribuat.

§. III.

Succedunt vero Liberi isti ex iustis Nuptiis creati, & à primo acquirente Sanguinem trahentes, si primi sint Gradus, æqualiter secundum Numerum Personarum d. c. *quia. §. 1. in fin. verbis: ad omnes æqualiter Filios veniat. 1. f. 1. Et c. sequitur. pr. de Success. feudi. 1. f. 3.* quod in capita succedere Jcti vocant VLPPIAN. in *Fragment. c. 26. §. 1. Cajus Lib. 2. Inst. tit. 3. §. 2.* Sin ulterioris Gradus, puta Nepotes vel Pronepotes, tunc in Patrum suorum prædefunctorum Locum succedunt, & tantum consequuntur, quantum Patres eorum, si vixissent, accepturi fuissent d. c. *sequitur. pr. verbis. vel Nepotes ex Filio loco sui Patris. 1. f. 3. juncto §. filius. 6. Inst. de heredit. qua ab intest. quam Successionem in Stirpes vocavit antiquitas Nov. 118. c. 1.* quodque hæc Successio ad Descendentes in infinitum extendatur satis innuit d. c. *quia. §. hoc quoque. 4. tit. 1. f. 1. Et cap. per Successionem*

cessionem. 2. f. 11. Cæterum stat tamen in Arbitrio Lib-
 berorum, an Feudum inter se dividere velint, vel et-
 iam uni relinquere, qui reliquis aliâ ratione satisfaciat,
 vel si plura suppetant Feuda, ea sic distribuere, ut quilibet
 separatim unum possideat *Cap. Successionis. ibi. ex divisio-
 ne. de nat. success. Feud. 2. ff. 50. & Cap. imperialem §. 1. vers.
 præterea. 2. f. 55. STRUV. Cap. 9. aphor. 5. n. 1. & segg.
 exceptis Feudis regalibus Ducatu, Marchia, Comitatu, in
 quibus Divisio propter Familiarum illustrium Splendō-
 rem nec non Imperii Utilitatem est prohibita d. 2. 55.
 f. 2. §. 1. vers. præterea. Rosenthal. de feud. c. 9. concl. 55.
 n. 1. & 2. quæ exceptio licet à nonnullis apud STRUV.
 cit. loc. n. 5. sublata dicatur in Germaniâ, id tamen
 universaliter accipi nequit, cum præter Electoratus, in
 quibus *juxta Aur. Bullam tit. 7. & 24.* Primogenitura vi-
 get, in aliis quoque Principatibus, Ducatibus, & Comi-
 tatibus non paucis eadem Primogenitura fuerit rece-
 pta, teste STRYCK. de Success. ab intest. diff. 1. cap. 3.
 §. 14.*

§. IV.

Post Liberos naturales & legitimos simul in Con-
 siderationem veniunt Legitimi tantum, seu illi, quos
 non Nativitas, sed Lex fecit (qui & Adoptivi dicuntur)
 horum à Jure Feudali regulariter nulla est Successio
*c. si de feudo. §. adoptivus. Si de feudo defuncti contem-
 2. f. 26.* Ratio hujus est, quia Feuda Sanguini dantur,
 Adoptio verd jus Sanguinis non tribuit *l. qui in ado-
 prionem. 23. ff. de adop.* idèdque ad Successionem non
 admittuntur; neque huic Rationi adversatur, quod &
 in Spuriis Sanguinis Communio sit. *l. hac parte. 2. ff. un-*

de cognati, nam hi ex alia Ratione à Successione repelluntur, uti mox dicam; insuper Adoptio in Præjudicium Domini tenderet & Agnatorum, cum neque Feudum ad hos reverteretur, Domino vero invito Vasallus obtruderetur *contra c. si duo. in fin. 2. f. 12. STRUV. 6. 9. aphoris 3. num. 5.*

§. V.

Pari Modo Liberi naturales, sive illi ex Concubina Domini nati, sive Spurii, sive Adulterini, seu Incestuosi, nullo Modo ad Feuda, sive sint paterna, sive materna, aspirare possunt *c. si de feudo. §. naturales. si de feudo defunct. content. sit 2. f. 26. tum, quia honestè in Curia Domini stare non possunt; Domino enim Paribusque Curiaè minus esset honorificum in suo Consortio habere Homines natalibus suis maculatos Afflic. in d. §. naturales. n. 14. tum, quoniam Patrem jure demonstrare non possunt L. vulgò concepti. 23. ff. de stat. homin. WESENBECK. de feud. cap. 6. n. 9. nec succedunt, etiamsi Liberi legitime nati deficiant SCHRAD. de feud. p. 7. c. 5. num. 20.*

§. VI.

Legitimati denique secundum Modos legitimandi quoad Successionem considerandi sunt, & quidem Legitimati per subsequens Matrimonium, sicut Jure Civili unà cum Liberis naturalibus & legitimis simul succedunt *L. cum quis. 10. C. de natur. liber. Novell. 12. c. ult. cui consonat etiam Jus Canonicum cap. tanta. 6. X. qui filii sint legitimi. ita & succedunt Jure Feudali, & hoc quidem ob Favorem Matrimonii, quo omnia vitia tolluntur, omnia purgantur & absterguntur, retrotrahitur-*

hiturque tale Matrimonium ad Tempus Filiorum Nativitatis, ita ut legitimati verè legitimi dicantur *d. cap. zanta. 6. X. qui filii sint legit. Et gloss. ibidem in verbo. legitimi.* GAIL. *lib. 2. obs. 141. n. 1. Et 2.* & hoc ex Ratione data ita procedit; ut, etiamsi Feudum in prima Investitura concessum sit für sich und seine ehelich gebohrne Leibes Lehns-Erben, hi Legitimati tamen ad Successionem admittantur STRUV. *cap. 9. th. 3. n. 12.* Cum Legitimitatis vero per Rescriptum Principis aliter se habet, hi enim in Feudis non succedunt *d. §. naturales. 2. f. 26.* nisi nominatim legitimati sint ad Feuda, idque à Principe tanquam Domino directo ex suâ Potestatis Plenitudine in Rescripto Legitimationis expressum & cautum sit MYSING. *cent. 5. Obs. 42.* GAIL. *lib. 2. Obs. 142. n. 12.* nam ubi de Principis contra Jus Rescribentis Voluntate ex aliqua Clausula in Rescripto contenta expresse constat, ea imprimis sequenda est HONNETON. *de feud. lib. 2. cap. 2. n. 7.* Sed utrum Princeps in Præjudicium Agnatorum in Casu non existentium Liberorum id facere possit, quæri possit! respondeo quoad Feudum novum Res scrupulo caret, eoquod Agnati in hoc alias non succedant *c. de marchia. §. si duo: de Feudo Marchie. 1. f. 14.* in Feudo vero antiquo vertitur Cardo hujus Controversiæ, eoquod Agnatis ex Pacto & Providentiâ primi Acquirentis Jus sit quæsitum, quod illis invitis non est auferendum. Verum communis fert Opinio, Principem ex Plenitudine Potestatis id facere posse *juxta l. fn. C. de conslit. princ.* GAIL. *cit. loc. n. 13.* quia Jus Agnatorum non in Re ipsâ, sed in Spe saltem est positum, nec ple-

nè acquisitum, sed adhuc acquirendum, quod facilius quam illud tolli potest; insuper favorabile sit tolli Vitia & reddi Honores, & quis non misereatur eorum, qui non sua Culpa, sed Vitio Parentum ita nati sunt
2 A S. part. 8. n. 57.

CAPVT VLTIMVM.
De Successione Collateralium.

§. I.

Deficiente Descendentium Ordine ad Successionem Feudi vocantur Collaterales Agnati, non Cognati, per *Cap. Successionem. de Success. frat. 2. f. 11. & cap. Successionis. de nat. Success. feud. 2. f. 50.* licet enim Jure Civili sublato per Iustinianum Agnationis & Cognationis discrimine, Agnati & Cognati æqualiter succedant *Nov. 118. c. 4.* tamen jure feudali Differentia hæc minime desit, ex Ratione, quod Cognati ex Foeminis descendant cujusmodi Descendentes à successione in Feudis arceri *supra Cap. 1. jam ostendi* ex *Linea primi Acquirentis promanantes d. Cap. per successionem. vers. quod ita intelligendum. 2. f. 21. c. vasalli. in fin. si vasall. feud. priv. 2. f. 31.* nam reliqui non admittuntur; ita ut nequidem Frater Fratri succedat *c. quia. §. cum vers. 1. f. 1.* Ratio est; quia unusquisque tantum sibi & suis Heredibus sive Posteris prospexisse censetur *c. duo Fratres, de duobus Frat. à capit. invest. 2. f. 18.* quorum Numero, cum Collaterales non contineantur, citra Voluntatem tam Domini concedentis quam Vasalli accipientis Feudi Successio ad eos extendenda non est *c. de marchia. §. 1. & 2. de feud. march. 1. f. 14.*

§. II.

§. II.

Exinde autem quod à Latere conjuncti non aliter succedant, quam si ex Lineâ primi acquirentis promanarint, non licet statim cum *Horom. de Feud. c. 19. & Vultej. c. 9. n. 102.* concludere, nullam omnino dari in Feudis Collateralium Successionem, putantes, eos tali modo non ut Agnatos, sed Liberos primi Acquirentis ad Successionem venire; nam hoc & Textibus, & Rationi Juris Feudalis ut maximè contrariatur, cum in *c. per Successionem. de Succession. Frat. 2. f. 11.* expresse cautum habeatur post Descendentes Collaterales ad Successionem in Feudis admittendos esse, cui porro accedit Ratio, quod non tantum primi Acquirentis, sed etiam Agnationis & proximitatis, quæ inter ultimum Defunctum & eum, qui succedere vult, intercessit Respektus haberi debeat, *SCHRAD. de Feud. p. 7. c. 7, n. 6.* & sic potius ultimo Defuncto à quo Actus Succedendi, quam primo Acquirenti, à quo Jus Succedendi habetur, succedatur. *LUDWELL. tr. feud. pag. 201.*

§. III.

Cæterum sicut in Linea Collaterali Gradu proximi, sic & potiores in Successione Feudi sunt Fratres *c. quia. §. cum vero. 2. de his qui Feud. dare poss. 1. f. 1. d. c. per Success. 2. f. 11.* sive deinde sint Germani sive Consanguinei, inter hos enim nulla est de Jure Feudali Differentia, cum enim Consanguinei Fratres non minus Agnati sint, quam Germani *§. vulgo quasi. 4. Inst. de Success. Cogn.* ab eodemque primo Acquirente descendunt, ac idem participant Nomen, ac Insignia, nec Duplici-

plicitas Vinculi per eandem Matrem contracta, uti Cognatio, in Feudis attendatur; hinc Germanis quoad Successionem Feudi in totum æquiparati sunt *arg. d. c. per Success. §. his vero. 2. f. 11. c. si contigerit. an Agnatus vel filius. 2. f. 45.* & hanc ipsam Opinionem in Camera receptam esse testatur *GALL. lib. 2. obs. 151. n. 1.*

§. IV.

Succedunt vero Fratres, si Soli sint, in Capita, si autem concurrunt cum iis prædefunctorum Fratrum Liberi, hi in stirpes *d. c. per Success. 2. f. 11. Nov. 118. c. 3. Mysing. cent. 3. Obs. 94.* idque indistinctè tam in Feudo hereditario, quam ex Pacto & Providentia, tum quod generaliter traditum sit Fratres cum Prædefunctorum Fratrum filiis succedere *d. c. per Successionem. §. his vero. 2. f. 11.* tum quod Jure Civili idem decisum sit *Nov. 118. c. 3.* Cui tamdiu standum est, donec contrarium ex Jure Feudali probatum fuerit *SCHRAD. d. l. c. 7. n. 15.* quodsi vero Fratrum Liberi cum Patruis suis non concurrant, sed Soli ad Successionem veniant, succedunt in Capita *per §. hoc etiam. 4. in f. Inst. de legit. Agnat. Success. l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. l. ult. §. 3. C. de legit. hered.* quæ Opinio etiam ab Imperatore Carolo V. in Comitibus Spirensibus anno 1529. §. item alis bis her. expresse confirmata est, & in Camera Imperiali in Feudalibus quoque communis recepta: attestante *MYNSINGERO. cent. 3. obs. 94. in fin.*

§. V.

Post Fratres eorumque Filios æqualiter ad Successionem Feudi admittuntur Agnati cæteri in Linea & Gradu Defuncto Vasallo propinquiores *c. per success. vers.*

vers. bis vero. 2. f. 11. & c. successiois. vers. dummodo seias. 2. f. 50. eaque successio porrigitur usque in infinitum per c. vassalli. si vassallus feudo privetur. 2. f. 31. & d. c. successiois. de nat. success. feud. 2. f. 50. nec Obstant Cap. quia §. hoc quoque. 1. f. 1. c. sequitur. §. hoc quoque. 1. f. 8. in quibus Textibus ad septimum Gradum restringi hæc Successio videtur; Rdeo enim, quod olim quidem ita obtinuerit, sed Ufu hoc paulatim immutatum, & Successio in infinitum porrecta sit, quæ tamen Varietas & Pugnata Textuum feudalium in Camera imperiali ita est composita, ut si Collaterales per mediantes Descendentes succedant, in infinitum Successio protrahatur, si vero à primo Acquirente statim ex Pacto ad Collaterales transferit, ad Septimum tantum Gradum succedatur, E. G. Titio & Agnatis ejus concedo Feudum, Titius verò sine Filiis decedit, & Agnatum octavo demum Gradu relinquit, ille excluditur *Gail. lib. 2. obs. 150. Mynsing. cent. 11. obser. 95.* Licet modo adhuc multa de Objecto Effectu & Contrariis Successionis feudalis dici & plura & tersiora hæc de Materia congeri potuissent, hictamen Dissertationis Filum abrumpo, cum & Temporis Ratio & Pagellarum Angustia id moneant, si quid verò minus doctè B. L. reperieris, Mortalitatibus Veniam precor meliora libenter acceptaturus. Interim Superis Grates immortales repono, quod me perduxerint eo, quo fixa erant Intentionis ac Studiorum meorum Meta &

FINIS.

F

Co.

COROLLARIA.

I.

Jus Naturale & Jus Gentium inter se non distinguuntur.

II.

Imo non datur Jus Gentium.

III.

Jus Naturale est immutabile.

IV.

Pacta nuda neque de Jure Civili, neque Canonico produciunt Actionem.

V.

In Contractibus innominatis adhuc hodie Penitentiae est Locus.

VI.

Duobus Chyrogaphis penes Creditorem existentibus, uno reddito, Debitum non est remissum.

VII.

Frater bilateralis habet Querelam inofficiosi Testamenti, etiamsi turpis Persona non sit instituta.

VIII.

Legitima determinata Nov. 18. non est juris naturalis.

IX.

IX.

Filiusfam. de Peculio adventitio irregulari testari nequit.

X.

Casus pro Amico in Jure est chymericus.

XI.

Usuræ à Jure Canonico non sunt in totum prohibita.

XII.

Clericus coram judice seculari conveniri non potest bene tamen reconveniri.

XIII.

Pœna Polygamia est eadem quæ Adulterii.

XIV.

Mandans vulnera directè tamen prohibens Occisionem, Morte secuta, tenetur Lege Cornelia de Sicariis.

XV.

Judex non potest condemnare ad Mortem publice probatum nocentem, quem scit privata Scientia innocentem.

Qui

Qui tibi decretos mecum partiris honores,
 Accipe, quod gracili gratus modulabor Avenâ.
 Dum Patriam linquis tam re quam nomine ple-
 nam,

Quæ tibi quæsitum decus alto vertice dignum
 Aucta novâ virtute potest imponere, Fuldam,
 Grata tibi meritos confert Erfordia honores,
 Deque celebrato cunctis certamine palmam
 Marte tuo decorata Themis Thuringica præbet.
 Ipsaque materies pugnae laudumque tuarum
 Omen habet lætum pinguis, quæ pone sequetur,
 Fortunæ in feudis feudali jure parandis.
 Macte istâ virtute! brevi certamine victor
 In Patriam remea, dignoque hâc sorte Parenti
 Atque tuæ soboli promissum in nomine risum,
 Omine in hæredes transmissio, in sæcula funde:
 Donec cælesti nobiscum sorte beatus
 Semper inexhausto de flumine nectara potes.

Ita aggratulatur

F. W. H. HABER, *Opponens*,
 J. C.







ULB Halle

3

005 355 729





1734,2 2 38. SOB

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA,

DE
SVCCESIONE
FEVDALI,

QVAM
SVB PRÆSIDIO
ALTISSIMI
IN PERANTIQA VNIVERSITATE ERFORDIENSI,
EX DECRETO ET AVTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS,
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO
AC
FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANO,
DN. TOBIA JAC. REINHARTH,
ICTO, SACRI PALATH CÆSAREI COMITE, IVRID. FACVLT. ASSESS. AC PRO-
FESSORE COD. PVBL. ORDIN. CIVITATIS STNDICO
AC CONSVLE,
PRO LICENTIA DOCTORALI
IN VTROQVE IURE RITE OBTINENDA,
IN AVDITORIO ICTORVM MAIORI
HORIS CONSVETIS,
ERVditorVM VENTILATIONI SVBMITTIT
IOSEPHVS IGNATIVS GERLACH,
FVLDENSIS.

DIE VII. SEPTEMBRIS M DCC XXXIV.

ERFORDIÆ, Litteris HERINGII, Acad. Typogr.

